



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 38. Opera ab hoc Scriptore edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. A.C. 1563. exiguo admodum progressu, imo nequidem melius latinam linguam calabat, quamvis quidam illum majori lingue hebraicæ peritia imbutum referant. Postea Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo ad Helvetios profectus, aliquamdiu Constantiæ, Basileæ, Tiguri, & apud Sangallenses hærebat, tandem vero Bernæ Theologiam tradere jussus ibidem hoc anno supra millesimum quingentesimo sexagesimo tertio annos natus sexaginta sex obiit.

§. XXXVIII.

Opera ab hoc Scriptore edita.

Hic Vir erat in labore assiduus, atque in literis eruditus, pluraque opera typis vulgabat, inter quæ illius versiones ex Græco in latinum factæ unice propter integritatem, & styli simplicitatem commendantur: quia ea, quæ intellexerat æque, ac illa, quæ ingenio suo assequi non valuit, pro viribus suis exprimere studuit, nihilque Auctoribus, quorum opera transtulit, aut de suo addidit, aut ex illis refecuit. Hac ratione S. Chrystomi commentarios in Epistolas Divi Pauli ad Romanos, ad Ephesios, Philipenses, Colossenses, & Thessalonicenses vertebat, prout etiam aliqua ex S. Basilii operibus, atque ejusdem

dem Patris scholia in Psalmos, necnon Sæcul. XVI.
A. C. 1563.
 plures sanctorum Athanasii, & Cyrilli
 tractatus præter Historiam Ecclesiasti-
 cam Eusebii, Socratis, Sozomeni, The-
 doreti, & Evagrii. Cetera opera, quæ
 ipse labore improbo concinnaverat, e-
 rant duo sermones *de Missa Papistica*,
 quos in comitiis Ratisbonæ Anno mil-
 lesimo quingentesimo quadagesimo pri-
 mo habitis pronuntiabat, typisque vul-
 gabat primo Wittembergæ, & postea
 Augustæ unacum quadam additione
 circa Missæ abusus. Adversus hoc opus
 Anno Salvatoris millesimo quingentesi-
 mo quadagesimo quarto Cochlæus ca-
 lamum stringens illud solide confutabat,
 mox vero prodiit *Anticochleus*, quem Mu-
 sculus latino, & teuthonico sermone Au-
 gustæ eodem anno vulgabat: insuper
 idem elucubravit quinto post anno qua-
 tuor Dialogos sub nomine *Eutychiæ*
Myon, præter alium ejusmodi libel-
 lum sub titulo *Prosceri* circa quæstio-
 nem, an Protestantes exterius Pontifi-
 cis superstitionibus interesse valeant?
 Ceterum ejus Commentarius in Psal-
 mos Anno Christi millesimo quingentesi-
 mo quinquagesimo, alius vero in Genesin
 circa annum Domini millesimum quin-
 gentesimum quinquagesimum quartum,
 denique sequenti anno ejusdem dilucida-
 tiones in epistolam Divi Pauli ad Romano,
 &

Sæcul. XVI. & quarto post anno illius notæ in duas
A. C. 1563. Epistolas ad Corinthios typis vulgaræ
 prodierunt: Anno autem millesimo
 quingentesimo sexagesimo primo ejus
 commentarii in epistolas ad Galatas, &
 Ephesios publicam lucem aspexere: ce-
 teri autem tractatus, quibus in epi-
 stolas ad Philippenses, Colossenses,
 & Thessalonicensis, necnon in prima
 capita epistolæ primæ ad Timotheum
 commentatus est, nonnisi post Musculi
 obitum ab ejus hæredibus in lucem
 edebantur. Elucubrabat etiam *locos*
 communes, in quo labore decem an-
 nos insumpsit, ac tandem hoc opus
 Anno millesimo quingentesimo sexage-
 simo vulgavit: verum in hoc Viro in-
 gens opinionis suæ varietas deprehendi-
 tur; quippe postquam Zwinglii sectam
 in Wittembergensi concordato ejurave-
 rat, rursus eidem nomen dedit, post-
 quam Augustam sese recepit.

§. XXXIX.

Sebastiani Castallionis obitus.

Thuan. l. 35. Sebastianus Castallion, seu Castilion
Daniel He- ex Allobrogum, seu ex Delphinatu,
ret. de clar. aut Sabaudia ortus ab anno Domini
Interp. Beza millesimo quingentesimo quadragesimo
in vita Cal- usque ad quadragesimum primum Ar-
vini ad gentinæ morabatur, ubi cum Calvino
ann. 1544. amicitiam contrahens, ab eoque magni
pag. 372. habi-